D.

dixit. Qua libet egre
derer de hac ancilla quam
molestat in ea. quod libet
egrederer sed non possum,
quia non vult magnus deus.
Cui sacerdos. Et quis est mag
nus deus. Cui ille, ihesus
nazarenus. Ad quem vir dei.
Vidisti ne umquam eum.
Quo ridente. Etiam
ait. Ubi eum vidisti. Et
ille. In gloria. Et sacerdos.
Et tu in gloria fuisti. Quo
respondente. Utique, ait.
Quomodo inde exisisti. Et ille
Cum lucifero cecidimus. Hec
autem omnia voce lugubri
per os vetule loquebatur
omnibus audientibus. Dixitque
ei vir dei. Numquam in illam
gloriam redire velles. Ad il
le. miro modo cachinnans. Sero
inquit tardatum est. et nichil
ultra locutus. Orante
viro dei de muliere exivit.
Sed cum ibi unde recesserat
dyabolus eam iterum invasit. Vir
autem eius post eum currens:
quid acciderat nunciavit. Ille
autem collo eius alligari
cartulam continentem hec verba pre

cepit. In nomine domini ihesu christi
precipio tibi demon: ne hanc
mulierem amplius contingere presu
mas. Quod cum factum fuis
set. ad eam non ausus est
postea accedere. De
muliere et demone petu
lante. C. vij.

Apud aquitaneam
quedam mulier miserabi
lis erat. que a quodam de
mone petulante et incu
bo vexabatur. Sex enim
annis abusus est ea in
credibili libidine. adveni
ente autem illuc viro dei de
mon mulieri ne ad eum
accedat vehementer mina
batur quia nil ei prodesse pos
set. et recedente eo ipse qui
eius fuerat amator crude
lissimus fieret persecutor. At il
la secrete ad virum dei acces
sit. et que patiebatur cum multo
gemitu enarravit. Cui il
le. Tolle huc meum baculum
et in tuo lectulo pone. et si quid
potes agere agas. Quod cum
fecisset et in lectulo decubuisset.
accessit ille continuo. sed nec ad
consuetum opus nec ad ipsum